

formis simillima (cf. maxime XXV 1 cum Delficiana) et praeterea n. XXII—XXIV item legionem XV certo testantur, sed legionem XX glans nulla. Quin etiam veri non est dissimile, Delfici glandem fig. 2 effectam eandem fuisse atque nostram XXV 1 vel ei geminam eiusque aversam quoque partem — Delficum exhibere fig. [9]. — Per se quidem Romanis Italise viginti legiones tum fuisse non est offensioni, ut patet ex utriusque exercitus magnitudine supra a nobis commemorata.

Subieci quasdam incertas mutilas:


- a) apud Kestnerum: *porta l'indicazione della legione XVI*, Kestner *Bull. dell' Inst.* 1847 p. 116. — Omnino male lecta est, fort. pro *LEG.* (aut *L.*) XV.
- b) rep. in Castellano [in mus. Ascul. 1871 n. 1129]. Pendet 54 gr. Descripsi: *LEG//.* — Litterae excepta prima illidendo distortae sunt.
- c) rep. in Castellano [in mus. Ascul. 1871 n. 1128]. Pendet 58 gr. Descripsi: *LEG* (incerta).
- d) rep. in Castellano [in mus. Ascul. 1870/71 n. 1066]. Pendet 48 gr. Descripsi: *L.YM.* — Saepe infligendo pessumdata fere est, ut lectio excepta fort. *L.* plane incerta sit.

Glandem, quam musei Kircheriani esse Garruccius in *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 28 [at ibi non extat], contra Perusia ab Fortnumio ad se allatum fuisse Syll. n. 963 dicit, incisas litteras exhibuit

XV

Cuius rei fides penes auctorem esto.

- 6086 XXVII** [vol. n. 665] 1 haud dubie prope Asculum rep. [in mus. Asculano 1872 ab Lazzarinio acquisita n. 1444]. Pendet 50 gr. Robiginem habet gilvam.
 2 rep. in Castellano [in mus. Ascul. 1871 n. 1315]. Pendet 36 gr.
 3 [in Santangelanis n. 3, musei Neapolitani n. 1721]. Pendet 44, 5 gr.; robagine flava incrusted est.
 4 [‘Romae vidi apud Lancellottum de Lancellotto patricium Asculanum’ GUALTH.].
 5 si rinvenne non ha molto in Ascoli MIN. p. 217.




EM · TIBE
MALVM
MALO

- 1 Descripsi et supra exhibui; v. 1 *tibe* potius quam *tibi* esse puto. — Gabrielli Feuardentio 25 Febr. 1876 (v. 1 *IM · TIBI*); Mommsenus in schedis (v. 1 *EM · TIBI*).
- 2 Descripsi: *EM · T// | MALVM | mALO*.
- 3 Descripsi et supra exhibui. — Kiessling *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 83: *EMT | MALVAM | MAL = eme malvam mal(am)* (inde Mommsen p. 559 add. ad n. 665); Garrucci Syll. n. 968: *EM// | MALVM | 'MAL*.
- 4 Gualtherus Sicil. tab. 1624/25 comm. p. 26 (= Thes. Sicil. VI 384) vv. non divisus: *M. II. MALVI. M* (inde Mommsen n. 665).
- 5 De Minicis t. II 30, p. 202 et 217 qui vidit, sed in ea legenda plane secutus est Gualtherum: *M II | MALVI | M* coniciens esse: *m/illia II malui m/ille*. (Ex Minicio Ritschelius t. VIII 27 et Mommsen n. 665.)

Em tibe (= *tibi*) *malum malo*, i. e. *em tibi mālo* (*hosti*) *mālum* (*hanc glandem*). Cf. Plautus Milite 5, 13 (1402): *em tibi. PYRG. Oiei, satis sum verberatus*; Terent. Andr. 5, 2, 1, eun. 3, 2, 19.

XXVIII in Castellano rep. [in museo Asculano 1872 n. 1400]. Pendet 55 gr. Colore est caesio.



TAMEN
EVOMES
OMNEM

Descripsi et delineavi.

3 lego *omnem*: quarta littera *E* (non *i*), quinta *M*, vix *A* fuisse mihi visae sunt. Cf. sequentem.

- 6086 XXIX** [vol. I n. 1509] 1 Asculi ante portam Romanam ante LX circiter annos rep. esse dicitur [in museo Asculano n. 90, 5, ubi certe iam a. 1866 fuit]. Pendet 60 gr.
 2 [in museo marchionis Campana, nunc in museo Parisino. — Inter Perusinas exhibet Garruccius temere].



AVRVM
VO...S
MALO

in parte aversa:

T AMEN
EVOMES
OMNEM

- 1 Descripsi et supra exhibui. Lectu difficilis est, cum hastae aliquot litterarum mala fusione aut illidendo parum nunc emineant aut confusae sint, velut v. 5 *E* prior et v. 6 *OM*.
- 2 Longpérier misit Ritschelio 14 Sept. 1863 delineatam a se in duobus ectypis chartaceis (quae mecum communicavit Curtius Wachsmuth). — Ed. in *Cataloghi del museo Campana* cl. II p. 5 n. 29 (inde Mommsenus vol. I p. 560 n. 1509 et ex hoc Garrucci Syll. n. 1403): *PVOMIS || OMNIA | AVR || VDRV || MALO*. — Longpérier adnotavit haec: *Quant au gland de fronde, il a reçu une foule de coups, de contusions qui au moulage prennent l'apparence de lettres et se confondent avec les caractères réels*. — *Les glands de fronde de la collection Campana sont en grande partie faux* [vide n. 696* sqq.]; *mais celui-ci est bien authentique*. Ipse agnovit hos ductus: *AVRVN | VDRV | MALO | T...OLND | EVOMES | OMNEM*. In altero ectypo ante *AVRVA//* discerno A. In n. 1 h. l. plumbum male habitum est.


De aversae quidem partis lectione constat ex n. XXVIII, sed quid in antica leteat plane incertum est. Mihi in mentem venit haec interpretatione, quam tamem facile patiar meliori cedere: *[t]aurum vo[re]s malo tamen evomes omnem*, ubi taurus significaret Italiam, sicut in sociorum nummo repraesentatum videmus taurum, qui lupam (i. e. Romanum) humi prostratam cornibus ferit (Mommsen *Wünzweisen* 1860 p. 589). Sed *malo* non video qui possit satis apte explicari, sive interpretaris *mālo* sive *mālo*; nam, si *mālo*, res comparata quae esse possit non video (desideraretur potius *nihil moror* vel simile quid, sin *mālo*, vix acquiesci potest in talibus: Taurum vores malo tuo (vel communis), lupa; etiam si voraveris, tamen evomes omnem. — An legendum *MADO* i. e. *ma(n)do*, edax? Cf. vol. X 3824 *ma(n)do* (a mandando).

Exemplari Asculano abusus Vincenzinius inscriptionem sibi effinxit et excudit hanc: *taer* (aut *tasen*) | *vetomes* | ..er.. (novissime *hernia*). Ipse Gabriellio in museo dixit sic *vetomes* sibi videri legendum esse; cf. falsas.

- XXX** [vol. I n. 710] 1 rep. in Castellano [in museo Asculano 1871 n. 1307]. Pendet 60 gr.
 2 et 3 [ab Lazzarinio acquisivit a. 1872 museum Asculanum n. 1459 et 1457]. Pendet 62 gr., 64 gr.
 4 in Castellano rep. [in museo Asculano 1871 n. 1132]. Pendet 60 gr.
 5 [in museo Asculano 1868 n. 676]. Pendet 57 gr.

- 6086 XXX 6 rep. in Castellano [in museo Asculano 1870 n. 895].
Pendet 56 gr.
7 [in museo Kircheriano n. 253].
8 [in museo Kircheriano n. 252].
9 [in museo Neapolitano n. 74 = 219]. Pendet 65 gr. Robigine alba obducta est.
10 [in museo Bononiensi]. Pendet 64 gr.
11 [in museo Wiesbadensi n. 7808, empta a. 1872 ab Iheringio Moncensi cum falsis 739* 1—4 et 757*]. Robigine subalba obtecta est.

OPERGA aut (6 et 7) OPERGA



- 1 Descripsi: OPERGI
2 Descripsi: OP//RGK
3 Descripsi valde detritam: OPERC//
4 Descripsi: OI//ERGA
5 Descripsi: OPERGK. Litterae r hasta sursus aliquantulum producta est, ut tamen de i ligata cogitari non posse videatur.
6 Descripsi et supra exhibui.
7 Descripsi et supra exhibui. — Ruggiero n. 253; Garrucci Syll. n. 971 OPERGIV male.
8 Descripsi et supra exhibui (infra duas ultimas litteras plumbi particula desecta est). — Ruggiero n. 252; Garrucci Syll. n. 971 OPERGI male. Hanc ut videtur exhibit De Minicis tab. II n. 72: OPERGA (perperam clausa P et E pro E), qui in commentario prorsus omisit, (inde Ritschl t. IX 61 et Mommsen n. 710).
9 Descripsi: OPERGA (in fine utrum k sit an i, incertum est). — Fiorelli Catal. n. 74 = 219; Garrucci Syll. n. 971: OPERGI male.
10 Descripsi: OPERGI. — Rocchi, qui cum Mommseno communicavit (Corp. I p. 560 ad n. 710), legit CITO-PERGE, id quod admitti nequaquam potest.
11 Descripsi: OPERCA. Videtur esse genuina. — Ed. Bergk Rhein. Jahrb. 55 (1875) p. 52 = Schleudergeschosse p. 124.

Huius glandis, quam ad Asculum pertinere nunc demum ex n. 1—6 intelleximus, prolatae fuerunt lectiones hae:

OPITERGIN(orum) Mommseni ex Minicii (de lectione tacentis) imagine (8).
CITO · PERGE Rocchii (10).
OPERGI Garr. (8).
OPERGIV Garr. (7).
OPEROR Desjardins } ex Vincenzinii falsis sed ex Minicii ima-
OPTERVA Bergk } gine repetitis.

Vera est aut ea quam ipse, tum quidem praeter imaginem Minicianam iisdem Vincenzinianis usus, repperi (cf. ad 737* 101 sq.):

OPTERGA i. e. ob terga

- i. e. ad, in terga — cf. Ennii (apud Festum p. 478 = Vahlen p. 44 et 175) ob Romam legiones ducere et ob Troiam duxit, tragicci incerti (Ribbeck ed. 2 p. 248) ob os ora obvertebant sua, Plauti mil. 2, 4, 70 (148) glaucumam ob oculos obiciemus; composita obdere, alia —, ubi

tamen mirum est op in utraque inscriptione (n. XXX et XXXI) pro ob positum; aut, si lineola, quae in n. 7 clariusque in n. 6 accessit, non est casu addita,

OPTERGIN


Hoc si probamus, in ceteris exemplaribus statuendum erit ultimam lineam fusionis defectu non provenisse elisaque i scriptum esse pro OPITERGIN, ut glans cum Mommseno referatur ad Opiterginos, funditores opinor.

- 6086 XXXI [ab Lazzarinio acquisivit museum Asculanum a. 1872 n. 1458]. Pendet 60 gr.

OPTE

Descripsi. Pone e pars periit, fortasse cultro desecta. Unica est, in qua inscriptio n. XXX litteris TE non ligatis exhibetur.


- XXXII 1 rep. in Castellano sub oppidi muris prope pontem q. d. Cartara a Balthasare Saladini [empta a museo Asculano 1870/71 n. 1060]. Pendet 63 gr. Colore est cineraceo.
2 [in museo Kircheriano n. 248].
3 rep. in Castellano [in museo Asculano 1871/72 n. 1321]. Pendet 64 gr.



- 1 Descripsi ut supra.
2 Descripsi ut supra. — Ex Minicii apographo Fabretti Corp. I. It. n. 2640 et tab. XLIV; Garrucci Syll. 970; Ruggiero Cat. n. 248, qui Minicum edidisse p. 55 non recte indicavit; debebat pro p. 55 scribere p. 65 ed. separ. (= p. 251) eamque referre ad Kircherianam n. 247 (= nostram n. XLV 3).
3 Descripsi. Male habita est, ut sola restent haec: ΟΙΚΟ... quae fortasse eiusdem inscriptionis sunt reliquiae.

Recepi, quamquam Latinam esse non constat; nam lectio incerta est. — Kircherianam ΟΙΚΟ in tab. Fabr., ΟΙΚΟ in comm. Fabr., ΟΠΚΟ Garr., ΙΝΙΚΟ Rugg. legerunt, Asculanam 1 legisse OSTRA videtur Vincenzinus, certe hanc inscriptionem pluries excludit, vide 727* 481 al.; sed haec admitti nequeunt. Mihi visa est fere talis qualis supra exhibui. Neglegenter exaratum esse pro ΙΩΑΓΓΕΙΟ (vide n. XXX) coniecit Gabriellius, dubitans ipse. Fortasse nomina hominis latent.

- XXXIII 1 Asculi (ante LX fere annos ad portam Romanam, ut ferunt) rep. [in mus. Asculano certe inde ab a. 1866 n. 90, 3]. Pendet 37 gr.
2 in Castellano rep. [in mus. Asculano a. 1872 n. 1426]. Pendet 45 gr.
3 in Castellano rep. [in mus. Asculano a. 1875 n. 1849]. Pendet 39 gr.
4 [Asculi apud Venturinium aurificem]. Pendet 39 gr.



1. 2. 3. 4 Descripsi.

Glandes hae quadrilaterae sunt litteraque supra binas areas perducta est; intellegenda videtur esse A (Etrusca?).

Lucernae (p. 616 n. 6081).

ad 6081 1. 6. Immo S. Trifone.

ad 6081 21. Ed. Nino apud Fiorellum *Not. degli scavi* sic P-CORE et P-COR.

ad 6081 33. Fallerone in aedibus privatis lucernam inscriptam FORTIS vidit Lanzi teste itinerario ms. a. 1777.

Vasa et vascula (p. 620 n. 6082).

ad 6082 18. Ad Norciā nel piano di S. Scōlastica vascula huius generis duo nuper reperta sunt, alterum figurā exhibens canentium donaque ad aediculam ferentium inscriptum L-CANO-EIO-T-F-FECIT, alterum figurā exhibens scuta ferentium et pugnantium inscriptum L-CANO-EIVS-L-F-FECIT, ut refertur apud Fiorellum *Notizie degli scavi* 1883 p. 169 (cf. p. 128).

ad 6082 19. 46. 52. 94. Ed. Nino apud Fiorellum *Not. degli scavi* 1882 p. 418.

ad 6082 32. Tarenti in fundo domini Albano rep. ed. Viola apud Fiorellum *Not. degli scavi* 1883 p. 186.

ad 6082 63. Ninus l. c. sic: PILOT HAERVS.

ad 6082 70. Immo S. Trifone.

ad 6082 79. Alterum exemplum musei Asculani n. 3270 Gabriellius excepti sic:

TERTI
TITN

ad 6082 91. Ninus l. c. sic:

ACAST
TIBA

ad 6082 101. Ninus l. c. sic:

FAVS
TVS

6389 1 in labro dolii permagni. Fallerone [in ludo litterario].

C-V

Lanzi in itinerario ms. a. 1777.

1 a litt. eminentibus. [Asculi mus. n. 3268]

CHOE
RIO

Gabriellius misit.

6389 2 Pentimae rep.

Q-P V

Nino apud Fiorellum *Not. degli scavi* 1882 p. 418.

2 a in margine dolii Tarenti reperto [Romae apud Henzenum].

SABBEL

Descripsit Henzen.

3 in amphorae ansatae, quae prodiit prope Atri oppidum in praedio suburbano, operculo diam. cent. 10, habente medium cippulum prostantem; circa eum scriptum est litteris vetustis:

HARIA

Gabr. Cherubini apud Fiorellum *Notizie degli scavi* 1882 p. 419.

4 urna magna cretacea rep. M p. extra Montolmo oppidum.

LXXXV

Lanzi in itinerario ms. a. 1777.

Signacula (p. 623 n. 6083).

ad n. 6083 33. Corrige P. Cauli Coerani. Idem fortasse est P. Caulius Coeranus negotiator ferrariarum et vinariariae X 1931'. DESSAV.

6390 1 Montolmo [apud canonicum Bolognetti].

L C MAX

Lanzi in itinerario ms. a. 1777.

6390 2 forma piscis; rep. a. 1880 prope abbatiā S. Apollinaris ad dextram Aesis [Iesi apud Alex. Chiappetti].

T
PETRON
I IVSTI

Ectypum misit Chiappettius.

6390 3 inter Iuvani rudera (S. Maria di Palazzo) in ipsa area aedis Diana rep.

C & TADI
SEVERI

Theseus Madonna apud Fiorellum *Notizie degli scavi* 1883 p. 176.

Glandes Asculanae (p. 631 n. 6086).

p. 636 col. 2 lin. 23 sub PIR dele :

lin. 13 a fine pro 'carentem' scribe 'carentes n. 138—142 et'.

lin. 12 a fine pro 'CLXXXIII' scribe 'CLXXVIII' et pro 'CLXXXI' scribe 'CLXXVI'.

p. 641 col. 2 lin. 7] Glans Rieseana cum museo baronis Meester de Ravestein, donatione nuper venit in museum Bruxellense q. v. *Porte de Hal*; Ravestein edidit Catalogo musei sui vol. III (1882) p. 391. Ectypum nuncisci non potui frusta intercedentibus et Ernesto aus'm Weerth et ipso barone de Ravestein.

p. 643 col. 2 lin. 14 a fine pro 'quid, sin' scribe 'quid), sin'.

p. 644 col. 1 lin. 8 pro 'Monacensi' lege 'Mogontiacensi'.

p. 645 col. 2 lin. 17 a fine pro 'xxxvii' lege 'xxxviii'.